

2. K.
383
9^a

II n
1481

RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
ERNESTVS
FRIDERICVS
WERNSDORFIVS

S. S. THEOLOGIAE DOCTOR ET PROFESSOR
PVBLICVS ORDINARIVS ALVMNORVM
REGIOELECTORALIVM EPHORVS
INSTITVTVM
GOTTLOB AVG. WACHSMVTHI

KEMBERGA-SAX.
S. S. THEOL. STVD.
LIBERALITATIS MARSCHALLIAE MEMORIAM
ORATIONE ANNIVERSARIA
A. D. VI. ID. MART. A. R. S. CIOIO CCLXI
IN AVDITORIO MAIORI

CELEBRATVRI
CIVIBVS
ET STVDIORVM FAVORIBVS
COMMENDAT

*Praemittitur antiquitatum Germaniae specimen I. de sedibus primis
Marcomannorum et tropaeis Drusi.*

VITEMBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELD!
ACADEMIAE A TYPIS.

BIBLIOTHECA
PONTLAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SÄALE)



RECTOR
ACADEMIAE VITENBERGENSIS
ERNESTVS
FRIDERICVS
WERNSDORFIVS
S. S. THEOLOGICAE DOCTOR ET PROFESSOR
PVSIVS ORDINARIVS ACADEMIAE
REGIOLECTORAE VITENBERGENSIS
INSTITVTVM
GOTTLOB AVG. WACHSMUTHI

MEMBERGA-SAX.
S. S. THEOL. STVD.
LIBERALIUM MARGRAPHICAE MEMORIAM
ORATIONE ANNIVERSARIA
A. D. VI. ID. MART. A. R. S. CICIS OCCURSI
IN AVDITORIUM MAIORI
CELEBRATAVI
CIVIBVS
ET STUDIORVM FAVORIBVS
COMMENDAT

.....
Pacemur et salutem Communitati Speyeri I. de salute prima
Maconmorum et tripartit. Spey.

VITENBERGAE
PABLO EYERAIM GOTTLOB RICHTERDII
ACADEMIAE A TANGS



Marcomannos olim inter nationes fuisse,
quae teste OROSIO l. I. c. II. numero
LIV. in commune Sueui vocabantur,
fide STRABONIS l. VII. init. viri do-
cti tradunt, nec repugnat TACITI
Germ. c. XXXVIII-XLII. descriptio. Sed tam
ex IVLII CAESARIS narratione. l. I. de b. G. c.
LI., ubi a Sueuis discretos enumerat, quam ipsis
ex STRABONIS verbis accuratius perpensis, adpa-
ret, sic demum verum hoc esse, si sub Maroboduo,
Sueuorum Semnonum victore, id accidisse statuas,
vt cum victis vnus corporis fierent. Hic enim po-
pulares suos, *ἑμοσθνεῖς ἑαυτῶ*, in sedem, virtute
partam, Boiohemum, pulsus inde cultoribus, qui
nomen dederant, Boiis, induxerat primum, et ibi
regiam constituit. STRABO l. I. et TACITVS Germ.
c. XLII. id satis confirmant praeter VELLEII au-
thoritatem, qui l. II. c. CVIII. occupatis istis lo-
cis finitimos omnes aut bello domuisse, aut con-
ditionibus sui iuris fecisse ipsum, testatur. Si con-
ditiones istas subiisse Semnones, validissimam gen-
tem, recte conieceris, forte illorum honoris causa,
vt eo lubentius imperio adfuescerent, haud absur-
de censeas ex gratiae aucupio Sueuorum nomen
datum omnibus has partes secutis commune.
Quum autem Caesaris aetate Rheno propinqui
fuerint, et Ariouisto Gallias inuadenti militaue-
rint; perspicimus quidem, ab occidentali Germa-
niae plaga in nouas sedes traductos fuisse, et ve-
hemen-

hementer errasse eos, qui ex **ARRIANO** *περι ἀνα-
βασ. Αλεξ.* l. I. et **IORNANDE** de regn. success.
c. L. conficere voluerunt, ab oriente illuc immi-
grasse. Iste enim Istri cursum per accolae suae aera-
tis, non populos temporum Alexandri, describit;
hic vero imperitissime omnia miscet et ad belli Illy-
rici contra Gentium aeuum incondite nomina po-
steriora aduenarum in istis locis crepat, et Vale-
riam ipsis prouinciam, quae tamen sic a Galerio de-
mum Maximiano in vxoris honorem nuncupata
fuit, attribuit. Et quam absurde vsus sit antiquis
monumentis, vel illud indicat, quod praetorem, a
quo victus est Gentius, Anicium solo praenomine
bis Lucium appellat. Sed ista Rheni vicinia propte-
rea sic non erit accipienda, quasi inter Rhenum et
Danubium, qua hodie Wurtembergicae terrae sunt,
coluerint; vt **CLVERIUS** et **CELLARIUS** opinan-
tur. Veremur enim ne sedes eripiat **Bois** vel
Sueuis, quos post **Heluetios** **CAESAR** l. I. de b. G.
c. V. et l. IV. c. I. et III. **STRABO** l. IV. p. 296. 315.
316. 317. l. VII. p. 445. 449. **TACITVS** German. c.
XXVIII. **FLORVS** l. III. c. XII. omnia late illo
adhuc tempore tenuisse indicant; illos quidem ab
oriente **Heluetiorum** regionis, Danubio a **Noricis**
discretos, hos vero a fontibus Danubii ad **Rhe-
num** **Vbiis** tenus, et **Albim** fluuios. Vnde etiam
AVSONII ore Danubius verax testis loquitur:
epigr. IV. *Qua gelidum fontem mediis effundo Sue-
uis.* Nec etiam statui potest, **Marcomannos** et
ipfos

ipſos horum corporis fuiſſe; quum a Maroboduo demum Marcomanno, vt iam monitum, ſubacti fuerint. Praeterea CAESAR, vbi gentes in Ariouſti exercitu enumerat, l. l. de b. G. c. Ll. Marcomannos, interpoſitis quatuor aliis, a Sueuis diſcreuit. Et TACITVS l. II. Annal. c. XLIV. quum ſcribit: *ſed e regno etiam Marobodui gentes Sueuae Semnones et Langobardi defecere ad eum*: nonne ſtuliſſima oratione in narrando vſus fuiſſet, niſi de diuerſis gentibus ageret? Perinde enim eſſet, ac ſi poſuiſſet: *Sueuos a Sueuis defeciſſe*. Vnde certe mira CLYVERII temeritas tot grauiſſimorum auctorum conſenſu arguitur, qui Caefarem et alios Sueuos pro Chattis habuiſſe ſibi perſuaſit. Meliora certe edoſtus erat DIO CASSIVS, qui l. LV. init. Druſum, antequam flexo itinere ad Albi perre- xerat, per Chattorum terras in Sueuos erupiſſe teſtatur. Simul hinc patebit et illud, quam parum conſtet ratio in coniecturis IORDANI, V. ILL., quum orig. Slav. c. IV. et in adpar. hiſtor. n. DLXVII. ob IORNANDIS narrationem, quam confutauimus, Marcomannos e Morauia Boiohemum deducit, ſecutus LEIBNITII haud dubie vanam ſuſpicionem de origine vocabuli a Moraua amne. Sed quia nihil refert vtilitatis publicae refellere alios, niſi meliora ſtabiliſ, quaeramus veras demum Marcomannorum ab vltima origine ſedes. Inuentis terris, in quibus Druſus obiit, inuentisque eius tropaeis, has quoque facile inueniemus, et ab er-

fore viarum pedem reuocabimus. Augustus et Livia
Ticinum progressi erant, ibique Tiberio e Pannonia
reuerso occurrerant, quum de Druso ob fractum
crus periclitante nuntium acceperunt. Tiberius iter
ad fratrem aegrotantem, quem spirantem adhuc of-
fendit, vnus noctis ac diei spatio confecit, tribus ve-
hicularum, mutatis subinde equis, CC. millia passuum
emenus. Testes sunt locupletissimi, aequalis plane
alter, alter haud multum inferior, VALERIVS MA-
XIMVS l. V. c. V. et PLINIUS hist. nat. l. VII.
c. XX. Aequae religiosum censerit potest STRABO-
NIS pariter aequalis testimonium, qui decessisse
Drusum, inter Salam et Albim gesto bello, l. VII.
p. 447. ed. Almelov. testatur. Ducenta passuum
millia vix Ticino ad Augustam Vindelicorum per-
tingunt. E DIONIS vero, quem laudauimus, nar-
ratione l. LV. satis adparet, Druso post victoriam il-
lac in Italiam reuertendi consilium fuisse. Per Char-
tos enim Sueuosque in Cheruscos, et ab his ad Al-
bim processerat, vbi foederatas Germanorum gen-
tes, eousque fere refugas, in ripa Albis vno, sed
grandi, proelio vicit, et tropaea erexit. Quis au-
tem non perspexerit, quanta nugae sint illorum,
qui de Isala Belgarum Strabonem intelligendum
commenti argutius lepidiusque, quam par erat, ra-
tiocinantur. Praemia in vicinia his, tanquam prae-
clare de nomine Germano meritis, publice decreta
ante non multos annos, aequi et veri amantes non
a recto iudicio dimouebunt. Isala, vt liquido con-
stat,

stat, antiquis pro ostio Rheni, non fluuio, *παραμῶ*, habebatur. Tumulus vero erat in ripa Albis, in quo tropaea Drusus erexerat, vt clarissime prodit FLORVS l. IV. c. XII. Eant vero et inquirant hodieque alium, nisi qui interea defedisse montes arbitrabuntur, quam hunc, qui e regione Barbo-gae in aduersa ripa erigitur. Nos, pernauigato A. S. XL. Albi, fide id oculata testari possumus. Corruptissimi apud PTOLEMAEVM, numeri interuallorum, qui tamen ab occidente adcuratissime in locum, quem indicamus, incidunt, dubitandi nullam causam adferunt, quum e MARCIANI HERACLEOTAE perquam exactis computationibus discamus, quam mutilatis et deprauatis Ptolemaei codicibus vramur. Atqui FLORVS eo, quem indicauimus, loco tumulum hunc exornatum Marcomannorum spoliis refert. Iam tyrones vero in antiquitatibus norunt, spolia ad struenda tropaea veteres ea tantum, quae indigenarum soli fuerunt, legisse, vt hodieque adspectus ipse in nummis ostendit. Ergo tandem ex inuiis anfractibus bono omine in primas verasque sedes Marcomannorum ad Salae ostia, inter Cheruscos, et Chattos ad occidentem et septentriones, Boios, Sueuos Semnones, atque Hermunduros ad orientem et meridiem emerimus, seu ereptauimus potius, et plano patentique in campo Maroboduum offendimus, ducentem suorum agmina, peruolantem acies, suos procul a Romanis, hoc vero est, impositis Rheno, Lup-
piae,

AK Tn 1481


plac, Alifoni, Visurgi, et Albi praesidiis et quin-
quaginta castellis, teste FLORO et VELLEIO at-
que DIONE, auocantem, ducentemque in Semno-
nes, conditionibus sui iuris factos, et Boios, ipso
Boiohemo eieptos, vbi suam regiam constituit;
donec defectione Langobardorum et Semnonum
et viribus Arminii fractus, regnum tandem totum
irruentibus, duce Catualda, Gothis profugus in
Italiam cessit.

Dici non potest, quantam saepe aeni etiam
sequentis historiae adferat vtilitatem talis vetu-
statis memoriae renouatio. Quo magis proba-
mus praeclarum GOTTL. AVGVSTI WACHS MV-
THI, Kemberga Saxonis, SS. lit. cultoris orna-
tissimi, consilium, qui instituti Mareschalliani ora-
tor VI. Id. Mart. Nicolaum Mareschallum,
equitem, maritum Annae, neptis D. Lutheri, ab
obliuione vindicare in animum induxit. Vos,
CIVES, hortamur et rogamus, vt frequentia
et beneuolentia vestra efficere studeatis, ne quis
inter nos iacere studia et honesta proposita con-
temni criminetur, aut splendorem academicae ce-
lebritati debitum requirat. P. P. IV. Id.

Mart. A. S. R. c1510ccLXI.



nc



RECTOR
ACADEMIAE VITENBERGENSIS
ERNESTVS
FRIDERICVS
WERNSDORFIVS

S. S. THEOLOGIAE DOCTOR ET PROFESSOR
PVBLICVS ORDINARIVS ALVMNORVM
REGIOELECTORALIVM EPHORVS
INSTITVTVM
GOTTLOB AVG. WACHSMVTHI

KEMBERGA-SAX.

S. S. THEOL. STVD.

LIBERALITATIS MARSCHALLIAE MEMORIAM
ORATIONE ANNIVERSARIA

A. D. VI. ID. MART. A. R. S. CIOIO CCLXI
IN AVDITORIO MAIORI

CELEBRATVRI

CIVIBVS

ET STVDIORVM FAVORIBVS

COMMENDAT

*Praemittitur antiquitatum Germaniae specimen I. de sedibus primis
Marcomannorum et tropaeis Drusi.*

VITENBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS.

BIBLIOTHECA
PONTAVIANA

II n
1481

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(GALE)